APPENDIX
AD
Catalogum Plantarum
Circa
CANTABRIGIAM
NASCENTIUM:
Continens

Addenda & Emendanda.

Editio ſecunda, aucta Plantis ſexaginta.

CANTABRIGIÆ,

Ex officinâ *Joh. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi. 1685.

quoniam opus illud, ut debitam perfectionem acquirat, plurium adhuc annorum observationibus indiget, plurimæque subinde emergant difficultates quibus omnibus superandis & expediendis nescio an totum quod superest vitæ sufficiat, mutatâ sententiâ Catalogum ab Appendice separandum judicavi, & nec illius editionem præcipitandam, nec hujus suspendendam. Atq; hæc breviter de addendis. Jam quoniam errata etiam nonnulla in Catalogo *Cantabrigiensium* Plantarum deprehendi, quamvis nec adeo gravia sint quin ea sine insigni famæ detrimento supprimere & dissimulare potuissem, nec adeo obvia & manifesta, ut à quovis facile detegi mihique exprobrari possint, ne tamen pudor meus studiosæ juventuti fraudi foret, impetravi à me ipso ea ingenue aperire & veritati potius aliorúmque commodis quam existimationi propriæ inservire.

Lectori

Lectori Benevolo.

B*Ibliopolæ Cantabrigienſes multoties conqueſti ſunt Appendicem ad Catalogum Plantarum circa* Cantabrigiam *naſcentium à Phytologiæ ſtudioſis ſæpius fuiſſe expetitam, verum omnia ejus exemplaria jamdudum adeo diſtracta eſſe ut nulla omnino ſupereſſent, ex eo Catalogum quodammodo mancum videri; ſua idcirco intereſſe ut Appendix iſta denuo excuderetur. Quo vero perfectior prodiret, petierunt à* D. Dent, *ut, ſiquas ipſe in hoc agro Plantas obſervaſſet in* Catal. Cantabrig. *non numeratas, conferret Appendici adjiciendas. Is quadraginta fere penes ſe habuit, quibus additæ aliorum quorundam ſymbolæ ſexaginta effecerunt. Quas tibi, Lector, exhibemus, atque ex illis Appendicem pluſquam duplo auctiorem. Omnium autem nomina, ſynonyma, deſcriptiones, quæve ad deſcriptionem aliquo modo facerent ex Doctiſſimi* Raii

Catalogo Plantarum Angliæ *transcripsimus: unam modo aut alteram excipias, quæ inibi non occurrunt, ut & notulas ad distinctionem Plantarum paucas admodum, ubi res exigebat, interspersas. Emendandis etiam quædam adjecimus, nulla vero, nisi quæ ipse* D. Raius *(uti nobis constitit ex* Catalogo Plant. Angl.) *emendanda censuit. In his autem ipsissimis plane illius verbis usi sumus, nec enim accuratioris diligentiæ alterum, quem sequeremur, aut novimus aut exoptare potuimus.*

Vale.

Adianthum

ADDENDA.

A.

ADianthum nigrum vulgare *Park.* nigr. Officinarum *J. B.* foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro *C. B.* Onopteris mas. *Ger.* Dryopteris nigra *Dod. Black Maidenhair. On Ditton Church walls, chiefly on the North ſide, and on Hilderſham Church.*

Alcea vulgaris *J. B. Dod. Ad. Lob. Cluſ. hiſt.* vulgaris major *C. B.* vulgaris ſive Malva verbenacea *Park.* Malva verbenacea *Ger. Vervain Mallow. In Kingſton wood.*

Alchimilla *Ger.* vulgaris *C. B.* major vulgaris *Park.* Pes Leonis ſive Alchimilla *J. B. Ladies Mantle. Abundantly in ſome paſtures about Balſham and Gamlingay.*

Alnus nigra baccifera *J. B. C. B.* nigra ſive Frangula *Ger.* Frangula ſive Alnus nigra baccifera *Park. The Black Alder. In Gamlingay Park and thereabouts.*

Alſine hirſuta altera viſcoſa *C. B.* Spuria 4. *Dod. The broader leav'd Mouſe-ear'd-Chickweed.* Hæc omnino diſtincta eſt ab Alſine arvenſi hirſuta magno flore *C. B.* Nimirum florem habet minorem, evanidum ; folia breviora, latiora pallidiora ; caules magis erectos quam Alſine myoſotis hirſuta *Ad.* Quinetiam tota planta (Caules, folia, flores) in ſiccioribus viſcoſa eſt. Floret circa finem Aprilis & initio Maii & poſtea brevi marceſcit.

Alſine paluſtris Portulacæ aquaticæ ſimilis. Alſine aquaticæ ſurrectiori *J. B.* ſimilis, ſi non eadem. An Alſine paluſtris minor ſerpyllifolia *Ger. Park. Small water Chickweed by ſome call'd Blinks. In*

the boggy grounds about Gamlingay. Flos hujus parvus pentapetalos, albus: vasculum seminale tricoccon, 3 grana nigra continens, in 3 carinas per maturitatem dehiscit. Sui generis planta est & ab Alsine longe diversa.

Alsine Plantaginis folio *J. B. Plantain-leav'd Chick-weed.* Ramulos habet tenues, infirmos, humi procumbentes; folia pallide virentia, acutiora quam Alsine media; Flos exiguus 5 foliolis indivisis constat. Floret vere. Ad sepes & in dumetis uliginosis præsertim. *Especially about Balsham.*

Alsine rotundifolia sive Portulaca aquatica *Ger. emac.* aquat. minor folio oblongo sive Portulaca aquatica *Park.* palustris minor folio oblongo *C. B. Water Purslane. In the wet grounds nigh Gamlingay Park.*

Aparine semine læviore *Goose-grass with smoother seed.* Inter segetes, præsertim solo cretaceo *as about Gogmagog Hills.* Hujus semina multo læviora sunt quam vulgaris non tamen prorsus glabra, proinde diversa esse videtur ab Aparine lævi *Park.*

Aristolochia Clematitis *Park.* Clematitis vulgaris. *J. B.* Clematitis recta *C. B. Running-rooted Birthwort. In several Hedges at Wittlesford.*

Asphodelus Lancastriæ *Ger.* luteus acorifolius palustris Anglicus Lobelii *J. B.* Pseudoasphodelus primus *Clus.* major sive palustris *Park.* palustris Anglicus *C. B. Lancashire Asphodil, or Bastard Asphodil. In the first Bog nigh the Park at Gamlingay.*

Auricula leporis minima *J. B.* An Bupleurum minimum *Park?* An Bupleurum angustissimo folio *C. B? The least Hares-ear. By the way-side as you go to S. Neots beyond Ellesly.* Augusto & Septembri mensibus floret & semen perficit. Accuratam ejus

ejus tum figuram tum descriptionem vide apud *J. B. tom. 3. part. 2. pag.* 201.

B.

BArdana major altera *Ger.* major lanuginosis capitulis *Park.* Personata altera cum capitulis villosis *J. B.* Lappa major montana capitulis tomentosis sive Arctium *C. B. Woolly-headed Burdock. In Kingston wood.* Non alia in re à vulgari differt quam echinis, quorum spinæ lanugine incana ceu aranearum telis intertextæ sunt.

C.

CAlamintha flore minore odore pulegii *J. B.* odore pulegii *Ger.* altera odore pulegii, foliis maculosis *Park.* pulegii odore sive Nepeta *C. B. Field Calamint.* Hanc plantam in Catalogo habui pro Calamintha vulgari. Calamintha tamen quam modo vulgarem puto circa Chestertonum & alibi sponte provenit.

Cardamine altera flore pleno *Ger. emac. Double flower'd Ladies-smock. In the Closes on the North-side of Chesterton, and in a little ditch on the left hand about mid-way to Gogmagog-hills.*

Cardiaca *J. B. Park. Ger.* Marrubium nigrum I, seu Marr. Cardiaca dictum, forte primum Theophrasti *C. B. Motherwort on the bank of a close on the backside of Trumpington looking towards Shelford.*

Carduus polyacanthos primus *Ger. emac.* Aculeosa Gazæ *Ad.* Polyacantha *Tab. ex sententia* Johnsoni *Thistle upon Thistle.* In aggeribus fossarum & inter vepres. Flos hujus Cardui nutantis flori similis est sed multis numeris minor, & interdum etiam nutat sed leviter.

Carduus

ADDENDA.

Carduus polyacanthos secundus *Ger. emac.* sylvestris 3. *Dod.* Polyacantha *Lob.* Carduus spinosissimus capitulis minoribus *P. B.* *Welted Thistle with small flowers.* Horum descriptiones quære apud *Ger. emac.* cap. 490. lib. 2. ubi satis accurate ab aliis speciebus distinguuntur.

Carum sive Careum *Ger.* Carum vulgare *Park.* Caros *J. B.* Cuminum pratense, Carui Officinarum *C. B.* *Carawaies. In Christs College piece, in the Pastures beyond, and in several places nigh Sturbridge very plentifully.*

Caryophyllata flore majore *C. B.* *This was found in the fields somewhere about the Town, and brought into our Gardens; I do not remember the place.*

Caryophyllus Virgineus *Ger. emac.* fortè. Caryophylli montani purpurei *Ger.* Icon nostro optime respondet; descriptio non item, ut nec in omnibus Virginei descriptio, Icon multo minus. Nostro, flores sunt carnei punctis purpureis circa fundum notati. folia (exceptis quæ cauli florescenti adnascuntur) caryophyllorum folia minime referunt sed propius tum figura tum colore ad Auriculam muris flore pulchro albo *J. B.* accedunt. Betonica corononararia sive Caryophyllea repens rubra *J. B.* Caryophyllus sylvestris humilis flore unico *C. B.* sed perperam *flore unico* addit si nostrum intelligit, qui duos aut tres vel etiam plures in singulis caulibus flores gerit. *Maiden Pinks. On a little hill or brow whereon Furze grows, beyond Hildersham near Juniper hill.*

Catanance leguminosa quorundam *J. B.* Ervum sylvestre *Ger. Dod.* sylvestre sive Catanance *Park.* Lathyrus V. sive sylvestris minor *C. B.* *Crimson Grass Vetch. Found by Mr. Dent about Hadnam in the Isle of Ely.*

Caucalis

ADDENDA.

Caucalis ſegetum minor Anthriſco hiſpido ſimilis. *Small Corn Parſly.* Hæc à Caucalide minore floſculis rubentibus in aliquibus differt. 1mo illa procerior eſt, quippe quæ ad bicubitalem altitudinem non raro aſcendit, Hæc humilior, quæ pedem aut certe cubitum unum vix unquam excedit. 2do Illa erectior eſt & internodiis longioribus, Hæc tortuoſa & ſparſa, geniculis frequentioribus. 3^{tio} Illius caulis prope terram hirſutior eſt quam hujus. 4to Illius floſculi albi vel etiam dilute rubentes quinque foliolis conſtant æqualis fere magnitudinis & ſtamina continent purpureis apiculis capitata; cum hujus floſculi ad luteum vergentes duo petala exteriora interioribus manifeſto ampliora obtineant; apicibus autem albis ſtaminula coronantur. 5to Hujus ſemina multo ampliora ſunt, apiculis in ſummitate viridibus; Illius longe fragrantiora magíſque aromatica, coloris obſcurioris apiculis purpureis. Denique illam extra ſepes & vepreta haud temere apud nos invenies, Hanc in ſepibus nunquam, plerumq; inter ſegetes. Paſſim.

Ceraſus ſylveſtris fructu rubro *J. B. Common Wild Cherry. In a Thicket nigh Elſworth wood.*

Chamæceraſus *Ger. Dwarfe Cherry-tree. In ſome cloſes of Teverſham going from the Church towards Gains.*

Chamædrys ſpuria foliis pediculis oblongis inſidentibus. Alyſſon Dioſcoridis montanum *Col.* An Chamædry ſpuriæ affinis rotundifolia ſcutellata *C. B? Wild Germander with leaves ſtanding on long foot-ſtalks.* In ſylvis humidis & ad ſepes ſolo humido, ſed rarius.

Chamædrys vulgo vera exiſtimata *J. B.* vulgaris *Park. Germander. In a little Iſland nigh the road by Qui water on the right hand from Cambridge.*

Convolvulus

ADDENDA.

Convolvulus minimus. *The least Bindweed.* Folia habet hæc planta angusta, cuspidata sagittariæ fere in modum, foliis Convolvuli minoris vulgaris multo minora; Flores etiam obtinet minores: Videtur itaque ab illo specifice differre, quippe quod cum in eodem solo juxta crescant supradictas tamen differentias sortiantur. *In the Corn between Harleston and little Eversden.*

D.

DRyopteris Tragi *Ger. emac.* Filix saxatilis sive ramosa nigris maculis notata *C. B.* ramosa minor *J. B.* pumila saxatilis prima Clusii *Park.* *The lesser branched or Female Fern. Observ'd by Mr. Dent on Kings College walls.*

E.

ERica pumila altera Belgarum *Lob.* Brabantica folio Coridis hirsuto quaterno *J. B.* pumila Belgarum Lobelii, Scoparia nostras *Park.* folio Coridis 13. *Clus.* folio Coridis 7, sive ex rubro nigricans Scoparia *C. B.* major flore purpureo *Ger. emac. Low Dutch Heath or Broom Heath. Upon all the boggy grounds about Gamlingay.*

F.

FErrum equinum Germanicum siliquis in summitate *C. B.* equinum comosum *Park.* Ornithopodio affinis vel potius soleæ aut Ferro equino herba *J. B. Bush-headed Horse-shooe-Vetch. On Gogmagog hills, and the dryer part of Hinton Moor and on New-Market Heath, &c.*

Filix

ADDENDA.

Filix florida ſive Oſmunda Regalis *Ger.* Oſmunda regalis ſive filix florida *Park.* Filix ramoſa non dentata florida *C. B.* Filix floribus inſignis *J. B.* *Water Fern or flowring Fern or Oſmund Royal. Within Gamlingay Park, and without by the Pales in the corner next to Sandy.*

Filix mas non ramoſa pinnulis anguſtis raris profunde dentatis *Ger. emac.* mollis ſive glabra vulgari mari non ramoſæ accedens *J. B.* *Male Fern with thin ſet deeply indented leaves. Nigh the* Filix florida.

Filix paluſtris ſeu aquatica. An Filix minor non Ramoſa *J. B?* Tum deſcriptio tum locus conveniunt. *Marſh or Water Male Fern.* Filici mari communi ſimilis eſt ſed plerumque minor, pallidior & ſublutea, pinnulæ quoque circum oras minime ſunt dentatæ. *Found together with the two laſt mention'd within the Park and nigh the Park Pales.*

Fumaria major ſcandens flore pallidiore. *The greater ramping Fumitory. In the Corn upon the borders of Gogmagog hills towards Hinton Moor.* Hæc omnibus ſuis partibus major eſt quam vulgaris. Flos incarnatus, media parte intenſe rubra. Foliorum pediculis vicinas ſtirpes apprehendit, eodem fere modo quo Naſturtium Indicum (nam viticulos ſeu claviculas non habet) alias humi provolvitur.

G.

GNaphalium Anglicum *Ger.* Anglicum vulgare majus *Park.* majus anguſto oblongo folio alterum *C. B.* rectum *J. B.* *Great Engliſh Cudweed. In the paſtures about Gamlingay, and in the Park.*

Gramen

Gramen cyperoides angustifolium paniculis plurimis sessilibus in foliorum alis. *Narrow leav'd Cyperus-grass with small panicles. On the banks of many ditches.* Unicuiq; paniculæ subest folium longum.

Gramen cyperoides spica pendula longiore *Park.* sp. pend. longiore & angustiore *C.* B. *J.* B. *Pseudo-cyperus* Ger. *Bastard Cyperus grass with long pendulous heads. In the great ditch at the end of the little Thicket adjoyning to Teversham Moor, and in other great Ditches.*

Gramen junceum capsulis triangulis minimum. Graminis juncei varietas minor. *Ger. emac.* Ubi perperam pro varietate graminis bufonii ponitur. *The least Rush-grass with triangular seed vessels. In some wet places of the Heath between Gamlingay & Potton.*

Gramen junceum leucanthemum *Ger. emac. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 7. An Gramen junceum polystachion C.B? *Boggy Rush-grass with white chaffy heads. On a boggy ground nigh Gamlingay Park.*

H.

Helleboraster maximus *Ger.* maximus sive Consiligo *Park.* Helleborus niger foetidus C. B. Enneaphyllon *Plinii lib.* 27. *c.* 9. *Great Bastard Hellebore or Bears-foot. In the second Close on the left hand as you go from Hinton Church to Fulbourn: also in the hedges of a close near Hinton Moor.*

Helleborine minor flore albo *Park. Narrow-leav'd Bastard white Hellebore with white flowers. On Teversham Moor nigh Qui water.*

Hepatica stellata *Ger.* Lichen sive Hepatica minor stellaris *Park.* Lichen petræus stellatus C. B. *Star-headed Liverwort.* In glareosis umbrosis non infrequens.

Hepatica

ADDENDA.

Hepatica umbellata *Ger.* Lichen ſive Hepatica minor umbellata *Park.* Lichen petræus umbellatus *C.*B. *Small Ground Liverwort with round beads. On the Moors.*

Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum *Park.* *C.*B. Hieracii Sabaudi varietas altera *J.* B. *Buſhy Hawkweed with rough broad leaves.* Hæc planta ſpecifice diſtincta eſt à Pulmonaria Gallorum; Altius ſiquidem aſſurgit, binos cubitos non raro excedens; caulis quoque robuſtior eſt & rigidior, plurimis foliis veſtitus.

Hieracium fruticoſum latifolium glabrum *Park.* frut. latif. foliis dentatis glabrum *C.* B. Hieracii Sabaudi varietas I, Erinus quibuſdam *Matth.* dicta. *J.* B. *The ſmaller broad-leav'd buſhy Hawkweed.* Inter hoc & præcedens manifeſta eſt differentia; Illud enim foliis eſt & caulibus molli lanugine pubeſcentibus, hoc brevi & vix conſpicua lanugine obducitur, deinde illud ſerius floret, hoc maturius. *Parkinſono* male deſcribitur.

Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus *C.* B. *Park.* intybaceum *Ger.* rectum rigidum, quibuſdam Sabaudum *J.* B. *Narrow leav'd buſhy Hawkweed. Theſe three laſt in Gamlingay Park, and on the ſides of the great Road beyond the Park.*

Hieracium montanum caule aphyllo non ramoſo flore pallidiore. An Hieracium montanum hirſutum minus *C.* B. *Mountain Hawkweed with a pale flower. On Gogmagog hills, and New Market heath.* Hujus flos pallet ut Auriculæ muris; Folia, quantum memini, non laciniata ſunt; ſed in aliquibus aliquantulum undulata. Non diſſimile eſt Hieracio Narbonenſi rotundifolio caule aphyllo *J.* B.

Holoſteum minimum tetrapetalon ſive Alſine tetrapetalos Caryophylloides. *The leaſt Stitchwort.* Radix

dix ei alba, fibris donata. Cauliculi plures ſemipalmates, tenues, infirmi, rotundi, rubentes, crebris geniculis intercepti. Ad ſingula genicula apponuntur folia ex adverſo bina caulem fere amplectentia, dimidium vix digitum longa è baſi latiuſcula in acutum mucronem ſenſim deſinentia. Flores in ſummitatibus ramulorum albi, quadrifolii è calyce quadrifolio, qua nota à reliquis hujus generis omnibus ſatis diſtinguitur. Vere floret in glareoſis ſterilioribus *as nigh that gate of Gamlingay Park which is next the Town.*

Hypericum majus ſive Androſæmum Matth. *Park.* Hyp. Androſæmum dictum *J.* B. Androſæmum Hypericoides *Ger.* alterum foliis Hyperici, quod aliquibus Hypericoides *C.* B. *Tutſan S. Johns wort.* In dumetis & ſepibus paſſim Folia huic hirſuta, quam Hyperici vulgaris majora; Flores colore luteo pallidiore; Caules qui flores ferunt in Pyramidis formam aſſurgunt; cum Hyp. vulg. flores umbellam magis referant.

Hypericum minus ſupinum *Park.* minimum ſupinum *J.* B. minus ſupinum vel ſupinum glabrum. *C.* B. ſupinum glabrum *Ger. Small creeping S. Johns wort. On the firſt hill next Hilderſham towards Juniper hill.*

J.

JAcobæa Senecionis folio incana perennis. An Jacobæa vulgaris minor *Park?* ſiquidem deſcriptio ejus melius huic convenit, quam Jacobææ latifoliæ paluſtri ſive aquaticæ. *Perenniall Ragwort with Groundſell leaves.* In aggeribus ſepium & dumetis paſſim.

Juncellus

Juncellus omnium minimus, Chamæschœnos *Lob. Ad.* Juncus humilis *J. B.* An Juncus lævis nonus sive Juncellus inutilis *C. B.?* qui Juncellum omnium minimum *Ad.* eo referendum censet. *The least Rush.* Palmarem altitudinem nunquam assequitur, paniculam tamen profert eadem fere forma qua Juncus aquaticus maximus. *In Gamlingay Park, and many other watry places thereabouts.*

Juncus acutus Cambro-Britannicus *Park. Moss Rush, Goose Corn. Upon all the boggy and heathy grounds about Gamlingay.* Fibris majusculis radicatur rubentibus: Folia numerosa non erecta sed plerumque supra terram expansa stellæ in modum, brevia, dura, acuminata, non exacte rotunda sed superna parte canaliculata. E medio foliorum exurgit caulis dodrantalis aut pedalis, firmus, medulla farctus, uno tantum folio prope terram cinctus cætera nudus, junceam in summo paniculam gestans è pluribus particulis compositam, quæ singulæ è sinu folii quod in caule ad earum basin consistit, emergunt. Flos graminis hirsuti exilis hexapetalos cum totidem in medio staminulis fimbriatis luteis. Succedunt capsulæ majusculæ, subrotundæ semen continentes.

L.

LApathum folio acuto crispo *C. B.* acutum crispum *J. B.* acutum minus *Park.* acuti varietas folio crispo *Ger. Sharp pointed Dock with curled leaves.* In arvis frequens.

Lapathum folio acuto flore aureo *C. B.* anthoxanthon *J. B. Golden Dock. In a Fen two mile from Ely call'd the North-Fen.* Hujus semina exigua sunt & pallidiora quam reliquorum congenerum.

Lapathum pulchrum Bononiense sinuatum *J. B. Fiddle-Dock. In Trinity and Caius College courts among the stones.*

Lepidium latifolium *C. B.* Lep. Pauli *J. B.* Piperitis five Lepidium vulgare *Park.* Raphanus sylvestris Officinarum, Lep. Æginetæ Lobelio *Ger.* *Dittander or Pepperwort.* *In a little Close on the right hand of Maids Causey in the way to Barnwell.*

Lonchitis aspera *Dod. Ger.* minor *C. B.* aspera minor *Park. Matth. Cam. Lugd.* altera folio Polypodii *J. B.* *Rough Spleenwort.* *About Gamlingay.*

Lunaria minor *Ger. Park.* Botrytis *J. B.* racemosa minor vel vulgaris *C. B.* *Small Moonwort.* *Upon the same hill where* Hypericum supinum glabrum *grows, As also in an old Gravell Pit on the left hand of the road to Balsham about half a Mile from the Town.*

Lychnis sylvestris annua angustifolia flore rubente. An Lychnis segetum parva viscosa *P. B?* *Among the Corn near the Devils ditch on Newmarket heath.*

M.

MEntastrum folio rugoso rotundiore spontaneum flore spicato odore gravi *J. B.* Mentha sylvestris I. sive rotundiore folio *C. B.* an Mentastrum *Ger.* & mentastrum hortense sive Mentha sylvestris *Park?* Figuræ enim nullo modo conveniunt. *Horsemint or round leav'd Wild Mint.* *In the Chalkpit close at Cherry Hinton.*

Mentastrum spicatum flore longiore candicante *J. B.* Mentha sylv. folio longiore *C. B.* Mentastrum *Ger.* hortense sive Mentha sylvestris *Park.* quoad Iconem. *In a bushy close near Exning.*

Mercurialis mas & foemina *J. B.* vulgaris mas & foemina *Park.* Mercurial. mas & Merc. foem. *Ger.* Mercurialis I, i. e. testiculata sive mas Dioscoridis & Plinii *C. B.* item Mercurialis II, i. e. spicata sive foemina Diosc. & Plinii ejusdem. *French Mercury.* In hortis inter olera & in fimetis frequentissime occurit.

Millefolium palustre galericulatum minus flore minore. *The smaller hooded water Milfoil. On Teversham Moor.* Flores huic multo pallidiores quam majori.

Mollugo montana minor Gallio albo similis. *Small Mountain Bastard Madder.* Provenit tum in palustribus tum in montosis & ericetis; parvitate sua & glabritie à Gallio albo distinguitur. *On the Heath beyond Gamlingay.*

Muscus filicinus *Ger. J. B. Park.* filicinus major *C. B. Fern Moss. In Kingston and Eversden woods, and the Woods about Balsham.*

Muscus triangularis aquaticus. *Triangular Water-Moss.* Hic aquis innatat estque foliis majoribus quam muscus terrest. vulg. & minus ramosus, alioqui valde similis. Fonte Fontalis minor lucens *J. B.* Qui vero de Fontalis suæ foliis non memorat ita per caulem esse disposita, ut is triangularis videatur.

N.

NArcissus medio-luteus *Ger. Dod.* pallidus circulo luteo *C. B. Primrose-Peerles, or the Common white Daffodill. In Barnwell Abby, and other Places in this County.*

O.

ORchis sive testiculus sphegodes hirsuto flore *J. B.* Serapias IX. sive fucum referens colore rubiginoso *C. B.* Hanc esse suspicor quam Herbarii nostrates Orchin Arachnitidem appellant. *The green-wing'd Humble-bee Orchis. In an old Gravel-pit near Shelford by the foot way from Trumpington to the church plentifully.* Floret circa finem Aprilis & initium Maii.

Orchis pusilla odorata *Park.* parva Autumnalis lutea *J.* B. odorata moschata sive Monorchis *C.* B. *The sweet Yellow Musk Orchis. In the chalk-pit Close at Cherry Hinton, and in some pits not far thence about Gogmagog Hills.*

Ornithogalum angustifolium majus floribus ex albo virescentibus *C.* B. Asphodelus bulbosus *Ger.* Asphod. bulbosus Dodonæi sive Ornithogalum spicatum flore virente *J.* B. *Spiked Star of Bethlehem with a greenish flower. In a bushy Close in little Eversden near the Church.*

P.

Pentaphyllum erectum foliis profunde sectis, subtus argenteis, flore luteo *J.* B. rectum minus *Park.* Quinquefolium erectum I. sive erectum folio argenteo *C.* B. Quinquef. Tormentillæ facie *Ger.* *Tormentill Cinquefoil. In many places about Linton and Gamlingay.*

Peplus sive Esula rotunda *J.* B. *C.* B. *Ger.* Esula rotunda sive Peplos *Park.* *Petty Spurge.* In agris pinguioribus & Hortis inter olera.

Phyllitis *Ger.* Phyll. sive Lingua Cervina vulgi *J.* B. Phyll. seu Lingua Cervina vulgaris *Park.* Phyllitis I Lingua Cervina Officinarum *C.* B. *Hartstongue Was found on Hinton Church.*

Pilosella siliquata major & minor. *Thal.* Bursa Pastoria sive Pilosella siliquosa *J.* B. Bursæ pastoriæ similis siliquosa major & minor *C.* B. Paronychia major & Paronychia altera minor *Park.* Non enim specie sed magnitudine tantum differunt. *Codded Mousear. In some Closes on the North side of Gamlingay.*

Plantaginella palustris *C.* B. Plantago aquatica minima *Clus.* aquat. minima Clusii *Park.* *The smallest*

ADDENDA.

Water-Plantain. Secus vias ubi per Hyemem aquæ stagnarunt. Aut hæc eadem est Plantagini aquaticæ minimæ Clusii aut ei valde affinis: in omnibus non respondet ejus descriptioni.

Plantago rosea glabra non spicata. *Rose Plantain with a flat Flower. In Jesus College close, and in the Fields in other places.* Videtur in aliquibus ab hortensi vulgari differre.

Prunus sylvestris fructu majore albo. *The white Bullace.*

Prunus sylvestris fructu majore nigro. *The Black Bullace. Both grow very plentifully in many Hedges of this County.*

Pulmonaria Gallica sive aurea latifolia *Ger.* Hieracium murorum folio pilosissimo *C.* B Hieracium murorum Bauhini, quod est Pulmonaria Gallorum Lobelii *Park.* Pilosella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo *J.* B. *French or Golden Lungwort. About Gamlingay.*

R.

RAnunculo sive Polyanthemo aquatili albo affine Millefolium Maratriphyllum fluitans *J.*B. Millefolium Maratriphyllum Ranunculi flore *Park.* Millefolium aquaticum 7. sive Foliis fœniculi Ranunculi flore & Capitulo *C.* B. *Fennell leav'd Water-Crowfoot. In the river between Cambridge and Chesterton.*

Ranunculus hirsutus annuus flore minimo. *Field Crowfoot with a small flower.* Folia hirsuta pallide virent, flores lutei sunt, omnium quos ego in Ranunculis observavi minimi; Planta ipsa, quantum memini, non erigitur, sed denso velut cespite terram operit. In arvis restibilibus & aggeribus fossarum, sed rariùs.

Ranunculus pratensis erectus acris *C. B.* pratensis erectus acris vulgaris *Park.* surrectis cauliculis *Ger.* rectus non repens flore simplici luteo *J. B.* *Upright Meadow Crowfoot.* In pratis vulgaris. Folia hujus Napelli aut Aconiti foliis accedunt. Interdum dulcis reperitur.

Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirsutus *J. B.* apud quem plena habetur & accurata descriptio. *Upright pale-leav'd Crowfoot.* In locis humidis & lutosis ubi per hyemem aquæ stagnarunt.

Rubia cynanchica *J. B.* VI sive Cynanchica *C. B.* Synanchica *Lugd. p.* 1125. *Ger.* *Squinancywort. On Gogmagog hills, and Newmarket heath.*

Ruscus *J. B. C. B. Park. Ad. Lob.* Ruscus sive Bruscus. *Ger.* Myrtacantha marina spina *Lob. Icon.* Oxymyrsine *Anguill.* *Butchers Broom. About Anglesey Abby.*

S.

SAlix humilis repens *Ger.* pumila angustifolia II. sive pumila brevi angustóque folio incano *C. B.* angustifolia Lobelii *J. B.* angustifolia repens *Park.* *The Narrow-leav'd creeping Dwarf-Willow.*

Salix humilis repens rotundifolia, *The round-leav'd creeping Dwarf-Willow. Both in the Bog near Gamlingay, where the* Asphodelus Lanc. *grows.*

Scabiosa vulgaris flore pleno. *Double Flowerd Scabiow.* In hujus flore foliola fistulosa per ambitum non ampliora sunt quam interiora, ut in vulgari Scabiosa, sed æqualia perinde ac in succisa; caret insuper staminulis illis capitatis quæ in vulgari cernuntur. *In many Closes about Teversham, Balsham, and elsewhere together with the Common sort.*

Selinum Sii foliis *Ger.* segetale *Park.* *Honewort. On a bank on the left hand in the road to Madingley,*

as soon as you are out of Cambridge, and on many other ditch-banks about Cambridge.

Serpylli vulgaris secundum genus *J. B.* *Mother of Time with large flowers.* Cum vulgari sæpius reperitur. Consule J. Bauhinum qui exacte notat differentias inter has duas species.

Sideritis humilis lato obtuso folio *Ger. emac.* Alsines Trissaginis folio *C. B. Park.* qui eam iterum exhibet tanquam novam & à se inventam sub titulo *Sideritidis hederulæ folio.* An Sideritis folio rotundiore *J. B.*? *Petty All-heal. In a close call'd Gains nigh Tevansham.*

Sorbus sylvestris foliis domesticæ similis *C. B.* sylvestris sive Fraxinus Bubula *Ger.* Aucuparia *J. B.* Ornus sive Fraxinus sylvestris *Park. Quicken-Tree. In Gamlingay Park near* Filix florida.

Sorbus torminalis *Ger.* torminalis sive vulgaris *Park.* torminalis & Cratægus Theophrasti *J. B.* Mespilus 7 seu Apis folio sylvestris non spinosa sive Sorbus torminalis *C. B. Common Service or Sorbetree. At Gransden.*

Sphondylium majus aliud laciniatis foliis. *Park.* An Sphondylium hirsutum foliis angustioribus *C. B.*? *Jagged Cow-Parsnep. In Kingston-wood.*

T.

Tithymalus segetum longifolius. *Long leav'd Corn Spurge.* Altitudinem dodrantalem vix assequitur. Folia oblonga in acumen desinunt. Tota planta colore est luteo-viridi præter caulis partem terræ proximam quæ rubescit. An Esula minor sive Pityusa *Ger. emac.*? Icon non abludit nisi in foliis quæ obtusius terminantur quam nostri. *Among the Corn beyond Kingston wood in the way to Gamlingay in several places.*

Trifolium corniculatum minus angustioribus foliis fruticosius. *The lesser bushy narrow-leav'd Birds-foot Trefoil.* Inter segetes & in locis humidioribus. An Lotus pentaphyllos frutescens tenuissimis glabris foliis *C. B.* ?

Trifolium humilum supinum flosculis longis albis nondum descriptum *P. B.* *Dwarf Tresoil with long white flowers. At Gamlingay by the way side as you go up from the Town to the Windmill.* Hanc plantam sub titulo Trifolii albi tricocci subterranei Gastonii reticulati Morisonus in *Historia Plantarum Oxoniensi p.* 138. ita describit. Hoc ineunte æstate flores fert albos longos, raro dispositos, quorum singulis deciduis succedunt involucra reticuli in modum facta continentia in ipsorum gremio terna semina ternis suis distinctis siliculis ut plurimum inclusa. Evanescente flore statim in terram descendunt rudimenta siliquarum seseque ibidem condunt ad aliquot uncias præcipue in sabulosis pratis agrisve, inibi etiam perficiuntur, & eo nomine nos subterraneum nuncupavimus & à ternis seminibus (ut plurimum uti supra dictum nisi cœlum & solum refragentur) tricoccon nominavimus: deinde Regium seu Gastonium addidimus quoniam à Celsitudine ejus Regia Aurelianensi Duce Regis Ludovici XIV. patruo (ut nonnullæ aliæ plantæ hic descriptæ) primo fuit detectum.

V.

VAccinia palustria *Ger.* Vaccinium palustre *Park.* Oxycoccos sive vaccinia palustria *J. B.* Vitis Idea palustris *C. B.* *Marsh Whortle-berries, Mosse-berries or Moor-berries. In the boggs about Gamlingay plentifully.*

ADDENDA.

Valeriana sylvestris sive palustris minor altera. *The other small Wild or Marsh Valerian.* Cum sylvestri minore *Park.* passim. Hæc minore *Park.* omnibus suis partibus, exceptis floribus aliquanto major est. Flores autem, qua nota ab illa satis distinguitur quintuplo minores & densius stipati sunt quam illius.

Virga aurea *Ger.* aurea vulgaris *Park.* aurea vulgaris latifolia *J.* B. aurea 4. sive angustifolia minus serrata *C.* B. *Golden Rod. In the Park and some Pastures about Gamlingay.*

EMENDANDA.

A.

Abrotanum campestre & Abrotanum inodorum] *Si placet expungantur ambo. I believe neither of them is to be found on Newmarket heath, at least that part of it which is in Cambridgeshire.*

Allium sylvestre] *Huic adde synon.* Allium sylvestre juncifolium capitatum majus *C.* B.

Alsine major *Dod*] *Deleatur cum synonymis. Non enim specie differt à sequente* media *ejusdem.* Quæ ratione loci aliorúmque accidentium magnitudine insigniter variat unde Botanici eam in plures species diremerunt.

Anagallis aquat. I. & Anagallis aquat. III. *C.* B.] *Et hæc pariter expungantur. Ego sc. has differentias apud nos nunquam potui observare. D. Nid ex conjectura & præsumptione Catalogo inseruit, quoniam* Botanici *vulgo & præcipue J.* Bauhinus *passim & promiscue 4 varietates hic recensitas crescere affirmat.*

Aracus

Aracus sive Cracca minor]. Deleatur, bis enim ponitur, inferius sub Vicia.

Atriplex sylvestris altera *C.* B.] *Dele* sylv. vulgatior sinuata minor. *Park. In hac planta describenda adeo breves & obscuri sunt Autores ut nesciam plane quid sibi velint. Quocirca nos eam quam hoc titulo intellectam volumus accuratius describere conabimur.* Radicem habet albam, simplicem, surculosam fibrillis etiam capillatam. Caulem erectum quidem sed infirmum, prope terram oblongos procumbentes ramos caule etiam ipso longiores spargentem ex adverso binos. Folia præsertim inferiora triquetra è lata basi in acutum mucronem desinentia & hastæ cuspidi aliquatenus similia, obiter sinuata seu dentata: quæ in summo caule sunt longiora, angustiora & ad margines plerúmque æqualia. Vascula seminalia triquetra è duobus foliolis conniventibus composita. *Commodum erit ad accuratiorem distinctionem Atriplicum hic adjungere, quæ* Cat. Plant. Angl. *notat etiam de altera Atriplice vulgari, sc.* sylvestri J. B. Hæc planta, *inquit*, à J. Bauhino recte describitur, ab aliis neutiquam. A reliquis cognominibus plantis hinc facile dignoscitur, quod vasculum seminale cùm clauditur, stellam quinque radiorum repræsentet intuentibus, unicum autem semen continet, parvum, nigrum, splendens, compressum; unde Blito potius quam Atriplici accensenda videtur.

B.

Blitum album minus] *I now think the plant we found in Kingston wood to be the same with the common red Blite, and that it differed in colour by reason of the shadyness of the place where it grew.*

Bursa Pastoris minor] *Hæc planta non videtur specie differre à Nasturtio Alpino petræo Certe* J. Bauhinus

Nastur-

Nasturtium petræum Tab. hujus synonymum facit, verum nihil temere pronuncio.

G.

CArduus lanceatus angustifolius] Facessat; nec enim puto apud nos in hoc genere observabile esse ullum discrimen.

Carduus nutans] *An* Carduus spinosissimus latifolius sphærocephalus vulgaris *C.B.*? Intelligo jam hunc censeri carduum moschatum *Ger.* nec tamen moschi odor in floribus mihi unquam perceptus, neq; florum color pallide purpureus est sed saturatior nec tandem figura ipsa respondet.

E.

EChium alterum] Fateor me nondum percipere specificum aliquod discrimen inter Echium vulgare & illud quod apud nos in muris passim provenit. Alii strictius examinent.

Equisetum palustre ramosum aquis immersum seu Millefolium aquat. equisetifolium. Descriptio Millefolii aquatici cornuti *J. B.* huic in omnibus convenit, quamvis figura quæ est C. Bauhini non respondet ut neque ejus descriptio in Prodromo.

G.

GEranium malacoides sive columbinum minus] *Mihi non satis constat an plantula quam hic intelligimus omnino eadem sit specie* Geranio columbino minori *C. B. Hanc plantam omittit D. Raius in Cat. Plant. Angl. nec videtur quidem à Ger. columb. vulg. aliter differre quam ex differentia soli.*

Genista aculeata *Park.*] *Expungas synonyma* aculeata foliosa *J. B. &* spinosa III sive minor Germanica *C. B. quorum loco succedant* Genista minor aspalathoides seu Genista spinosa Anglica *C. B. &* Genistella minor aspalathoides *J. B.*

Gentianella

Gentianella fugax Autumnalis minor *Ger. emac.*] *Deleantur synonyma utriusque Bauhini, quorum loco pone* Gentianellæ species quibusdam, an Cordo Pneumonanthe aut Gentiana fugax altera Clusii *J. B.* cujus descriptionem, aliis omissis, attende, quæ nihil dubito quin nostræ sit.

Gramen alopecuroides minus spica aspera brevi] *Hoc Botanici Londinenses Gramen cristatum nuncapant nec ego abnuerim.*

Gramen caninum] Hoc idem est quod *J.* B. describit sub titulo allato ideoque retractanda sunt quæ hic annotavi, nec enim ipse paniculam observaveram antequam Catalogum edidi, sed aliis temere credidi.

Gramen hirsutum majus] suspicor jam Gramen hoc non differre specifice à Gramine exili hirsuto sed magnitudine tantum aliisque accidentibus ratione loci in quo crescit.

H.

HElleborine angustifolia *Tab.*] Dele cum synonymis omnibus, eorum loco substitue; Helleborine palustris nostras. An Helleborine angustifolia palustris *C.* B? Apud nos nusquam quam in palustribus & humidis pratis occurrit. Descriptio Helleborines tertiæ Clusii (quæ est angustifolia pratensis sive palustris *C. B.* Damasonium flore herbaceo intus nonnihil candicante *J. B.*) huic nostræ per omnia non convenit. Nam folia ei latiora esse ait, quam sint Helleborines *Dod.* cum nostræ hujus angustiora sunt, florum quoque colorem herbaceum, qui in hac specie albent vel purpurascunt nonnihil.

L.

LActuca sylvestris 2. *Ger. emac*] *Dele synonyma omnia. Horum loco adde* Lactucæ sylvestris sive

Endiviæ

Endiviæ multis dictæ folio laciniato dorso spinoso varietas *J. B.* Hæc non alia in re differt à Lactuca sylv. costa spinosa *C. B.* quam foliis quæ ei ne in caule quidem laciniata sunt. Quæ de hac planta in Catalogo tradidimus jam retractamus & in Johnsoni sententiam concedimus.

Lactuca sylv. laciniata minima nondum descripta] *Hæc planta exhibetur in Cat. Plant. Angl. sub titulo* Chondrillæ viscosæ humilis *C. B. Park. Ger. emac. Dwarf Gum-Succory.*

Lapathum acutum *Ger. emac.* & Lapathum sylv. folio minus acuto *ejusdem. Cat. Angl.* pro diversis non habet.

Lapathum aquaticum sive Hydrolapathum minus *Ger. emac.*] Amoveatur cum synonymis. Succedat Lapathum acutum minimum *Ger. Park. J. B.* minimum *C. B. Small sharp-pointed Dock.* In humidioribus. Multum conferet ad dilucidandam Historiam Lapathorum hic ascribere quæ *D. Raius* notat de differentiis Lapathorum nostratium.

Lapathi species in Anglia sponte provenientes sunt. 1. Hydrolapathum maximum. 2. Lap. anthoxanthon *J. B.* 3. Lapathum folio acuto & nonnunquam obtusiore plano. Hujus folia latiora quam sequentium, pallidiùs virentia, plana & non ad margines crispa: foliola illa quæ vasculum seminale conficiunt, quosdam quasi dentes in marginibus obtinent. Semen insuper pallidius est quam Oxylapathi crispi. 4. Lapathum folio acuto crispo *C. B.* Folia hujus quam præcedentis angustiora, longiora, saturatius virentia, ad margines sinuata. Semen adeo confertum pascitur, ut caules penitus contegat & occultet, ejusdem cum prioris semine magnitudinis, verum rubicundius. Vascula insuper seminalia illius æmula, nisi quod ad margines

plana

plana sint, nec ullis denticellis prædita. 5. Lapathum acutum minimum, cujus flores ad intervalla verticillatim nascuntur, singulis fere verticillis apposito foliolo ligulæ instar: semen plus duplo minus cum proxime præcedentium, quibus etiam omnibus suis partibus minus est, quamvis non raro in parem altitudinem assurgat. 6. Lapathum pulchrum Bononiense sinuatum. Historia Lapathorum apud Botanicos magna confusione & obscuritate laborat, ideoque operæ pretium duximus accuratius ea distinguere.

Linum sylvestre radice perenni flore cœruleo] Nec nomina nec descriptiones Authorum plantæ quam intelligimus bene conveniunt.

M.

Mollugo montana sive Gallium] Hanc plantam *D. Raius* in Cat. Angl. exhibet sub titulo Rubiæ angulosæ asperæ *J. B.* sylvestris levis *C. B.* an sylvestris *Ger.*? De qua hæc etiam ab illo accipe: Hæc planta, ni multum fallor, Lobelio in *Obs.* inscribitur Mollugo vulgatior Herbariorum, Gallium album quorundam: estque Mollugo prima *Dod.* montana *Ger.* vulgatior *Park.* Mollugo montana angustifolia vel Gallium album latifolium *C. B.* ut cuilibet figuras conferenti parebit; sicque ex una planta, ut alias sæpe, duas faceruntnt.

O.

Origanum vulgare] *The Plant that grows in Bowyers close at Cherry-Hinton is not this, but* Clinopodium vulgare, *we mistook it when it was young. It is found in other places.*

P.

Polygalon Gortusi] *Pro hoc substitue* Ferrum equinum Germanicum siliquis in summitate *C. B.* *cujus synonyma quære in Addendis.*

Pota-

Potamogeiton longis acutis foliis *Ger. emac.*] Dele synonyma; adjice vero Fontalis lucens major *J. B.* An Potamogeiton foliis angustis splendentibus *C. B.*? *Long leav'd pellucid Pondweed*. Hæc species plerumque aquis immersa est. Folia minime sunt serrata, proinde in Cat. Cant. Lapathum fluitans longo serrato folio *J. B.* male denominavimus.

R.

RAnunculus hederaceus rivulorum, &c.] Plantæ hujus flores albi sunt, non lutei prout conjectabamur, & in aquosis passim oritur, proinde synonyma allegata ei non respondent nisi forte in transmarinis floris colore variat.

Rapistrum luteum siliqua hirsuta articulata] Adde Sinapi siliqua hirsuta semina albo vel rufo *J. B.* Sinapi album *Ger.* sub quibus titulis occurrit in *Cat. Angl.*

Rapum sylvestre *Ger.*] Plantam qua in insula *Eliensi* seritur ad oleum conficiendum putat *D. Raius* in *Cat. Angl.* esse Napum sylvestrem, Lobelium vero, quoniam inaudiverat Cantabrigiensibus *Rape-seed* dictum, ex quo oleum conficiunt, forte imaginatum esse sibi, dari Rapum aliquod sylvestre cujus hoc sit semen.

S.

SAlix folio utrinque glauco viminibus rubris & Salix folio utrinque glauco viminibus albidioribus.] Hasce varietates pro distinctis speciebus non habeo. Namque in eadem specie alias salices flores duntaxat proferre (ita enim appello nucamenta illa caduca quibus semen non inest) alias semina observavi, has, si vis, fœminas, illas mares appelles; an vero quæ semel flores edunt, aut fructum seu semina, constanter id faciant an

sub-

ſubinde mutent & alternis flores & ſemina proferant, mihi nondum compertum eſſe fateor. *Cat. Angl.*

Salix folio longo non auriculato vimine rubro] Hanc *D. Raius* in *Cat. Angl.* omittit quippe qui illam ab altera viminibus ſubluteis ſpecie differre non putat.

Saxifraga Anglica Occidentalium] Dele cum ſynonymis, ſubſtitue Rubia cynanchice, quam vide in Addendis.

Saxifraga graminea puſilla] *I find upon comparing, that this is the ſame plant deſcribed by Johnſon upon Gerard under the name of* Saxifraga Anglicana alſinefolia *or Pearlwort.* An Caryophyllus minimus muſcoſus noſtras *Park.?*

T.

Tithymalus helioſcopius] Hujus altera ſpecies quam folio non crenato & minorem diximus, eadem eſt cum Peplo ſive Eſula rotunda Herbariorum quam vide in Appendice priore.

Trifolium majus flore purpureo ſive 4. *Ger.*] Non eſt quod apud nos ſeritur Trifolium majus purpureum 3 Cluſii ut aliquando opinabar, ſed vel non ſpecifice diverſum à purpureo pratenſi vulgari vel nondum deſcriptum. Nam Gerardus & Parkinſonus Trif. majus purp. 3 Cluſii pro noſtra *Claver* habent in quo falluntur. *Cat. Angl.* hoc Trifolium exhibet ſub nomine purpurei majoris vel ſativi.

V.

Viola tricolor *Dod.*] *Faceſſat cum ſynonymis. Planta quæ hic deſignatur eſt* Viola bicolor arvenſis *C. B.* Jacea bicolor frugum & hortorum vitium Trago *J. B.* Viola tricolor 5, *cap.* 313. *lib.* 2. *Ger.* An viola tricolor ſylveſtris *Park.? Small wild Hearts-eaſe or Panſies.*

FINIS.